



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Anthologia Sacra**

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis  
versibus comprehensa

**Billy, Jacques de**

**Parisiis, M.D.LXXV.**

De tristitia spirituali. 33.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

*Psal. 123* Leuani oculos meos in montem  
 unde veniet auxiliū mihi. Et  
 dem hac ratione liberatum  
 laqueo venātiū fuisse testis  
 cum ipsius anima passeris in  
 dum euolasset.

## De tristitia spirituali.

33.

*Q*uis latices oculis, capiti quis porriget vnde  
 Vt commissa mihi nocte dieque gemant  
 Vt lachrimis nostro mala que grassantur in  
 Prosequar, excedunt que grauitate fidem:  
 Vtque hostes fidei deplorem, aciemque rebellem,  
 Et quibus in sancta est vita prophana fide.  
 Has etiam preter, niueas mihi quis dabit vnde  
 Quas fundit patriæ mens memor vsque sua

## SCHOLIA.

*2. Cor. 7.* Quis latices) Tristitiæ eius,  
 si Apostolo credimus, secundum  
 Deum est, ac salutem operum  
 triplex genus esse Bernardus  
 Primum confessionis ac penitentiæ,  
 nimirum cum homo ob  
 fensum Deum collachrymat

que angitur, vt David, Manasses  
 Magdalena, Petrus, ac denique  
 ij omnes, qui peccatorum veniã  
 obtinere cupiunt. Secundum, de-  
 uotionis est, nempe cum spiritus  
 adoptionis filiorum in nos illa-  
 bitur, spirituique nostro testimo-  
 nium præbet, quòd simus filij  
 Dei: sic videlicet vt nobis dulcif-  
 simam illam vocem cælitus au-  
 dire videamur, quæ nobis per-  
 suadeat Deum sibi in nobis cõ-  
 placere. Tertium ac postremum,  
 superioribusque longè præstan-  
 tius, compassionis est: quod qui-  
 dem de charitatis feruore ma-  
 nat. Atque huiusmodi compas-  
 sionis tristitia in pectoribus no-  
 stris cõcipitur, partim dum pec-  
 cata ab aliis commissa mente cõ-  
 plectimur (velut de Samuele le-  
 gimus, qui Saulis contumaciam *1. Reg.*  
 acerbissimis lachrymis prose-  
 f iij

## S A C R A

quebatur: de Paulo, qui, pro  
 dentissimo suo erga Israelitas  
 more, ipsorum loco anathe  
*Exod. 32.* esse optabat (in hoc scilicet  
 sem referens, qui nisi deus Iud  
 ignoscere vellet, de vitæ libro  
 pungi cupiebat:) partim ob  
 clesix calamitates, ex quib<sup>9</sup> P  
 phetæ tanto dolore afficiunt  
 vt pene nec finem nec modum  
 vllum lachrymis imponât, vt  
*Esa. 22.* dere est apud Esaiam, Hierem  
*Mich. 1.* & Micheã. Atque apud proph  
*Amos. 6.* Amos carnales ac voluptuosos  
 homines, non tam ob luxum  
 obiurgâtur, quàm quòd Ioseph  
 contritione minimè commou  
 tur. Porro autem his tribus  
 stitiæ generibus aliud adiung  
 licet, nempe cum quis per ace  
 mam beatitudinis æternæ con  
 plationem præsentis vitæ per  
 grinationem deplorare, vera

que patriam, hoc est cœlestem Hierusalem, feruētissimo quodā animi affectu appetere incipit, nihilque tā in votis habet, quā vt dissoluatur, & cū Christo sit, vt de Dauide, & Paulo legimus. *2. Reg. 19. Psal. 41. Phil. 2. 1. Io. 4.* Atque huiusmodi cupiditas facile in eius animo concipitur, qui charitate adeo perfecta præditus est, vt à iudicis facie non timeat. *Aug. tract. in Psal. 136* Quod quidem mœstitiæ genus ab Augustino magnopere commendatur. Etenim hæc Psalmistę verba exponens, Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus dum recordaremur tui Siō, Inde, inquit, oportet vt fleas, recordando Sion. Multi enim flent fletu Babylonico, quia & gaudēt gaudio Babylonico. Gaudent lucris, & flēt damnis: vtrumque de Babylonia est. flere debes, sed recordando Sion. Si recordando

S A C R A

Sion fles, etiam quando tibi  
cundum Babyloniam bene  
oportet vt fleas.

Lib. 9.  
cap. 28.

*Has etiã præter, niueas*) Gregor  
Papa in libris Moraliũ exp  
nãs hæc verba Iob, Si lotus fuerit  
quasi aquis niuis, per huiusmodi  
aquas, quia nõ de terra fluunt  
fontium, aut fluminũ aquã, se  
cælo labũtur, lachrymas eas  
tissimè significari posse ait, quod  
nõ ex vlliº terrenæ rei desiderio  
verũm ex ardētissima æternæ  
tæ cupiditate funduntur.

Satius esse interdum cedere, quàm rixari.

34.

**I**N rixis grauihus nonnunquam cedere præstat,  
Quàm nimium niti, victor vt esse queas.  
Sape etenim in lucta vincit, qui, ludat vt hostem,  
Quem præstare videt robore, sponte cad. t.  
Æquore turbato præstat demittere vela,  
Sulticia pœnas quàm dare morte graues.  
Esse iuuat facilem, rapidus quod saepe nequiuit  
Aphricus, hoc Solis feruida flamma facit.